

1770. di. ij. Georg. S. V. impress. in Venetia
1769



A L O Y S I U S M O C E N I C O

D E I G R A T I A

D U X V E N E T I A R U M &c.

Universis, & singulis Nobilibus, & Sapientibus Viris de suo Mandato Rectoribus, & Rappresentantibus tam ordinariæ, quam extraordinariæ auctoritatis in Oriente, & Successoribus suis fidelibus dilectis Salutem, & dilectionis affectum. Significamus vobis, quod hodie in Consilio Nostro de Quadraginta ad Criminalia, Deputato ex placitare Viri Nob. l. Petri Caroli Beregan Honorandi Advocatoris Communis posita fuit Pars tenoris infra scripti; Videlicet. Che le Lettere del giorno d'oggi Scritte Universis, & singulis &c. dal Nobil H. f. Marin Michiel Onorando Avvogador di Comun ad Instanza del Reverendo Padre Eugenio Steffano Abbate del Venerando Monastero della Beata Vergine denominato Soodoci Pigi q. Signor Cav: Prospero Marino esistente nella Città di Corfù, del tenor come in quelle, siano eseguite in tutte le sue parti, come stanno, e giacciono, in pena di Ducati mille applicati ad arbitrio del presente Eccellentissimo Consiglio, ed in caso d'innobbedienza, sia, e s'intenda citato cadaun innobbediente a questo Eccellentissimo Consiglio per ogni giorno Mane delli Mesi sei dopo la Citazione, e così di muta in muta delli Mesi sei susseguenti a vederli levar la pena suddetta. Et ita Captum fuit. Quocirca cum præfacto Nostro Consilio nobis Mandamus, ut Partem suprascriptam, omnia, & singula in ea contenta observari, exequi, & adimplere debeatis in omnibus, ut in prædicta Parte legitur, & continetur; Hanc autem registratum præsentanti restituit &c.

Datum in Nostro Ducali Palatio die tertia Mensis Octobris Indictione tertia MDCCLXIX. 1769

ASCANIUS SCARELLA DE ASCANOIS
ADVOCATOR COMMUNIS NOTARIUS.

Universis, & singulis Rectoribus, & Rappresentantibus tam ordinariæ, quam extraordinariæ auctoritatis in Oriente, ad reprimendas violentias, & operationes de facto ac propria auctoritate: requisiti de opportuno suffragio parte, & Nomine Reverendi Patris Eugenii Stefano Abbatis Venerandi Monasterij Beatæ Virginis Vocati Soodoci Pigi q. D. Equitis Prosperi Marini existentis in ista Civitate Corciræ E. V. R. Spp., ut jussu Mandatoque Nostro publicari faciat Locis solitis, & consuetis ad claram omnium intelligentiam committendo etiam, quibus opus, & requisitæ fuerint a latore presentium: nominandis, & præsertim D.D. Georgio Palaziol Scordili, & Hyeronimo Milonopulo Olim Commissariis, & Fornitoribus Dicitæ Ecclesiæ quod non accedeant per se aut interpositas personas verbis, minis aut factis ullo modo offendere, molestare, inquietare, & injurare D. Reverendum Abbatem Stefano, nec minus de facto aut propria auctoritate, quoquo modo impedire, aut sese opponere eidem in administratione, & reggentia ejus Abbatie legitimis titulis possessæ, ac ipsi confirmatæ cum solemnibus Judicio absentis Excellentissimi Consilii de Quadraginta Civili Novo sub die prima Septembris prædicti ad ejus favorem secuto; Et hoc sub pœna Duc. 500. Banni, Carceris, aliarumque Criminalium arbitrio justitiæ. Casu vero transgressionis Spp. Vestræ citari faciant quoscumque innobbedientiæ ad Consilium Excellentissimum de Quadraginta Civili Novo pro omnibus, & singulis diebus, & pendentis mane, & post Mensium sex subsequentiis, & sic de Muta in Mutam ad videndum placitari eorum innobbedientiam, & sibi elevari pœnam prædictam. Sic Spp. Vestræ exequantur, & exequi faciant de executione Nobis rescribant, & B. V.

Venetis die 3. Octobris 1769.

{ MARINUS MICHAEL ADVOCATOR COMMUNIS.

FID. ASCANII SCARELLA ADV. COMMUNIS NOT.
SEBASTIANUS CORRETI COAD.